Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



331
334

p patientiae uirtutem animus armatur. omnium aũ generi do
deuote humiliatis mercus succedit illaũ quise tempore suae
peregrinationis humiliant. tempore uisitationis ei exaltent.
Sobrii estote. uigilate quia aduersarius uũ diabolus tanquã
leo rugiens circuit. querens quem deuor&. Jnhuius exposi
tione sententiae nonnũ a uerum beati cipriani dicta ponam;
circuit inquit ille nos singulos. & tanquã hostis clausus ob
sidens muros explorat & temptat. an sit pars aliqua membro
minus stabilis & minus fida. cuius aditu adinteriora pen&re
tur; offert oculis formas inlicitas. & faciles uoluptates. ut usu
destruat castitatem; aures per canora musica temptat. ut in
sonu dubtionis audita soluat. & molliat xpianum uigorem; lin
guam conuitiis prouocat manuum iniurus lacessentibus ad
p&ulantiam caedis instigat. ut fraudatorem faciat. lucra op
ponit inusta. ut animam pecunia capiat; ingerit pernitiosa
conpendia. honores terrenos promittit. ut caelos adimat; or
tendit falsa. ut uera subripiat; & cum latenter non potest
fallere. aperte minatur terrorem turbide. persecutionis in
tentans. addebellandos seruos dicit inquit&ur semper. & semper
infestus. in pace subdolus. in persecutione uiolentus. quam est ad
inpugnandum; quamobrem contra omnes diaboli uel falla
ces insidias uel apertas minas stare deb& instructus animi
& armatus. tamparatus semper adrepugnandum. semper pa
ratus inimicus. Cui resistite fortes infide. scientes eandem pas
sionem ei quin mundo ẽ. urae fraternitati fieri. &c&era;
Tanto inquit fortiores estote infide. tanto maiorem hab&o
te fiduciã adsuperandas diaboli uersutias. quanto constat
quia non uos soli temptamini. sed ipsa passio queuos fatigat
ei quoq; quiper totum mundũ ẽ ecclae xpi. urae uidelic& fra
ternitati communis ẽ. & quia constitutione mundi semp
passi sunt iusti. pudeat uos solos p omnib; sustineri non posse.
Item alia expositio; humiliamini subpotenti manu dei; Jdest
subpotestate dei; manus enim dei. & filius & potestas ei intelle
gitur; filius ubi ait. emitte manum tuã de alto eripeme & li
berame; potestas ubi dicit. in manus tuas commendo spm meũ
& similia; ut uos exalt&. Omis enim ait euangeliũ quise humiliat
exaltabit. in tempore uisitationis. id ẽ. in die iudicii omnẽ sollici
tudinẽ uram picientes in eũ. ut abeo edocati. inimicis fortiter